



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio  
Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XVIII. Ponuntur alia tria animi vulnera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

adferens ait: Totus mundus cæcus est. Ideo venit Chri Lib. 50.  
 stus illuminator, quia diabolus fuerat excacator. Om- homin hom  
 nes cæcos nasci fecit, qui primum hominem decepit. 43.  
 Currant ad illuminatorem, currant, credant, acci-  
 pant lutum de salua factum. Salua quasi verbum  
 est, terra caro est. Lauent faciem. Baptizamini, vt &  
 illuminemini. Hæc Augustinus. Sed rolerabile fo-  
 ret si solus oculus esset saucius, volūta quoque  
 oppido vulnerata est

## CAP. XVIII.

Ponuntur alia tria animi vul-  
 nera.

II. ET quidem intellectui inflictum vulnus,  
 voluntati, quæ alioquin cæca est, nō mi-  
 nus officit, quam si eodem ipsa fuisset telo con-  
 fixa. Si enim à cæco ducatum tollas, in mille  
 pericula præcipitas: aut si videnti lumen extin-  
 guas, vel auferas, non erit is cæco melior. At in-  
 tellectus oculus voluntatis est: & eodem te-  
 lo, quo læsus est, sublatus est voluntati ducatum:  
 lumen quoque sapientiæ extinctum,  
 ne cæli stia videat. Quomodo ergo homo in re-  
 bus eligendis ac gerendis in mille pericula non  
 ruet? duplici ergo oculo extacatus est homo,  
 naturali ac diuino. Et si enim primus parens pec-  
 cando fidem non adinstit, nobis tamen am sit,  
 omnesque eius filij cæci nascimur.

II. Adhæc innatus simul est amor sui, per quæ  
 ex eadem voluntate pulsus est amor Dei: &

Voluntatis  
 vulnera.

1.

Amissio du-  
 ctoris seu o-  
 culi tam  
 naturalis  
 quam si  
 supernatū-  
 ralis.

2.

Amor sui.

hic

NO IMPICIUS  
 TULO PER  
 HOIS

hic amor, quem *philautia* vocant, origo & fons  
malorum omnium est: eoque solo homo ma-  
dicitur esse. *Nec aliunde bonus es, ait Augustinus*  
*si bonus es: nec aliunde malus es si malus es: nisi quod*  
*vel bene vel male amas quod bonum est. Nam quod*  
*quod est, bonum est: sed cum illud, quod bonum est non*  
*amatur: illud bonum non est, & hoc malum est. Hoc*  
*facit amor sui, qui omnia bona ad se trahit, &*  
*fine ad quæ referte deberet, an artis auocat in*

*Amoris sui filia tres.* tionem, generatque carnis concupiscentiam, auaritiam, luxuriam, cupiditatem & superbiam vitia: quæ tres filie amoris proprii, omnia vitiorum genera creant eademque latissime generatione propagant. Quibus eo multa Patres: nec satis multa dici possunt, quæ grauiori telo sauciari homo non potuit, aut voluntas profundius confodi: cum & ipsum telum infausi amoris: tela noua in ipso vulnere porferat, vt voluntatem infinitis modis conuulset.

*Lib. 22. de ciuit. c. 22.* Vnicum audiamus Augustinum, ceteris emissis. *Quid (ait) amor ipse tot rerum vanarum ac noxiarum: ex quo mordaces cura, perturbationes, anxietates, formidines, insana gaudia, discordia, lites, bellum, insidie, ira, undia, inimicitie fallacia, adulatio, fraudes, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidia, homicidia, parricidia, crudelitas, seuitia nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturam vtriusque sexus, et supra atque immunditia, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemias, periurias, oppressiones innocentium, calumnias, circumuentiones, preuaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, & quidquid talium malorum cogit*

...entem non venit, & tamen de ista vita hominum  
 ...non recedit, Verum hac hominum sunt malorum:  
 ...illa tamen erroris & peruersi amoris radice venien-  
 ...cum qua omnis filius Adam nascitur. Hac  
 ...Augustinus. His quid addi possit, non vi-  
 ...um est deo  
 ...um est. H  
 ...trahit,  
 ...occat in  
 ...nitam,  
 ...uz tres  
 ...era crea  
 ...pagana  
 ...ollit, qu  
 ...uit, aut  
 ...sum telu  
 ...nere pu  
 ...conuolue  
 ...ceteris e  
 ...rum at  
 ...tiones, me  
 ...lates, bell  
 ...atio, fran  
 ...inuiden  
 ...quicia  
 ...tiones,  
 ...que sex  
 ...e est etia  
 ...riuria, q  
 ...entioni  
 ...dicia, vi  
 ...lorum  
 ...mentu

Aliud volutaris vulnus agnoscimus in diffi-  
 cultate quam experimur tum in vitiis superan-  
 tis, tum in virtutum actibus exercendis. Res  
 enim omnes pondere quodam in suum finem  
 feruntur: & ea, quae naturae suae consentanea sunt  
 arripiunt auide, impedimenta omni vi, qua  
 possunt, propellunt: & ad ea, quae naturae repu-  
 gnant, aegre ac difficulter impelluntur: vt ignis  
 sursum vergit, lapis deorsum, aer inclusus e-  
 rumpit: denique haec suo impetu euertunt mo-  
 les grauissimas, quae ipsorum fluxum motum-  
 ue praepediunt. Finis hominis naturalis, si vo-  
 luntatem spectes, est, rationem ducem sequi: &  
 virtus ideo naturae attributa, vt potentiam  
 iuaret, & ea cum voluptate ageret. Est ergo  
 & virtus secundum naturam, & vitium natura  
 repugnat. Deberet igitur homo & libenter be-  
 ne agere, & cum voluptate virtutem excolere,  
 aegre ac difficulter ad vitia impelli. Id non expe-  
 rimur in nobis: nam & aegre vitiiis repugnamus,  
 difficulter iusticiam, clementiam, benignitatem  
 exercemus, cum voluptate vitiiis adhærescimus.  
 Ergo laesa voluntas est, eiusque natura ac condi-  
 cio immutata. *Homines latantur cum male fecerint, Prou. 2.  
 & exultant in rebus pessimis: bibunt quasi aquam ini-*  
*quitatem. Job. 15.*

3.  
 Difficultas  
 resistendi  
 tentationi-  
 bus & be-  
 ne agendi

Simile:

Equi

NO IMPEDIUNT  
 IN  
 TIBI  
 HOMO

*Simile.*

Equi generosi solo verbo gradiuntur, et  
 liunt in hostem, freno amplius quam calcant  
 digent: at asini, atque equi degeneres, impediuntur  
 debent subiectis calcaribus, minis, clamoribus  
 & vel tum quidem vix incedunt. Ergo de  
 vires, concidit animus, aut læsa gradiendi faci-  
 tas. Nos certe equi degeneres sumus tam in  
 matate quam in adultæ, quos multa præcep-  
 tationes, pœnæ propostæ impellere  
 beant, cum ad bene agendum, tū vt à vitis con-  
 ceamur. De paruulis ita loquitur Augustinus  
*Lib. 22. de ciuit. c. 22.* *Quid sibi volunt multimodæ formidines, quæ coluntur  
 Eccle. 30.* *dis paruulorum vanitatibus adhibentur? quid pæ-  
 gi. quid magistri, quid ferulæ, quid lora, quid verbera,  
 quid disciplina illa, quæ Scriptura sancta dicitur  
 lecti filij latera esse tundenda, ne crescat indomita  
 domarique iam durius aut vix possit, aut forsasse  
 possit? quid agitur his pœnis omnibus, nisi vt  
 belletur imperitia, & praua cupiditas reseruetur  
 cum quibus malis in hoc seculum venimus? Nonne  
 hinc apparet in quid velut pondere suo proclius  
 prona sit vitiosa natura, & quanta ope, vt hinc liberetur,  
 tur, indigeat? Hæc ille. Quid vero significat  
 maiora illa tormenta, quæ legum seueritas ma-  
 ribus excogitauit; cruces, secures, patibula, rotæ,  
 ignes, & alia id genus, nisi læuitiam tantam om-  
 nino esse necessariam contra pronitatem huma-  
 næ voluntatis ad malum? nam tanta in abundan-  
 tia vanæ cupiditatis, quæ sese prodit in pueris  
 huius lucis vsuram intramus, vt rarissimus  
 ille sit, qui, si permittatur & viuere vt velit  
 & facere quod lubebit, non in ea facinorosa  
 flag-*

flagitia, quæ modo commemoravi, vel cuncta  
vel plurima prorumpat ac perueniat. Quanta  
profecto in seria illa erit, à miseria magnali be-  
nè non posse nisi per aliam longe deteriore ac  
Ergo de maiorem miseriam ac calamitatem!

4. Hoc etiam magnum vulnus in voluntate  
perspicitur, quod eà eius sit peruersitas, vt  
ad auctorem suum colendum, verum Deum,  
principium, ac finem suum, tardissima sit, etiam  
in maiestatem suam Deus in finitis miraculis pa-  
refaciat: ad colendos vero falsos Deos prom-  
tissima, etiam si de eorum diuinitate nihil om-  
nino cognouerit. Certè Philosophi multi, cum  
cognouissent: Deum, ait Paulus, non sicut Deum glorifi-  
cauerit. Sed parū est: Mutauerunt gloriam incoru-  
ptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis ho-  
minis. Transeat, deterius est quod addit: Volucrū,  
quadrupedum, & serpentium. O incredibilem ho-  
minum dementiam! Hebræi quoque verum  
Deum per innumerabilia signa & prodigia co-  
gnitum leuissime fastidiebant, & ad sacrifican-  
dum falsis Diis etiam filios suos promptissimi  
accurrebant. Quare Deus per Ieremiam expro-  
brat Iudæis inconstantiam in vero Deo colen-  
do, cum Ethnici in cultu falsorum Deorum re-  
tinendo constantissimi essent. Transire (ait) ad in-  
sulas Cethim, & videte? & in Cedar mittite, & consi-  
derate vehementer, & videre si factum sit huiusmodi  
si mutauit gens Deos suos: & certe ipsi non sunt Diij: po-  
pulus vero meus mutauit gloriam suam in idolum.

15. Descendamus nunc ad vulnus tertiaz facul-  
tatis, quæ appetitus dicitur irascibilis, & quidem  
in par-

4.  
Propensio  
ad malum  
falsosque  
Deos colen-  
dos.

Rom. 2.

Psal. 105.

Ierem. 2.

Appetitus  
irascibilis  
vulnera

NO IMPETIUS  
DE  
TULLIO  
HO

1.  
Fera bar-  
baries.  
Orat. de  
ira, qua est  
Hom. 10.

L. 1. Con-  
fes. c. 7.

2.  
Negligen-  
tia in reb.  
ad salutem  
pertinenti-  
bus.

in parte animæ inferiori. Cum enim hæc faci-  
tas homini data sit, vt imperanti rationi  
quam miles armatus in vsum spiritualis belli  
bediat, & sit quasi neruus quidam animi, vt  
quitur D. Basilius, fortitudinem constantiam  
que ac robur ad res bene & ordine geren-  
tribuens; vulnus est quod plerumque acci-  
vt imperium animæ sponte inuadens, homi-  
nem penitus conuertat in feram, eumque  
gat impetū feri, insillire, rabie vt canes affici-  
gere vt scorpiones, morderē vt serpētes. Na-  
tur nobiscū ista pestis, & in ipsa infantia appa-  
re incipit. An, inquit Augustinus, pro tempore  
illa bona erant, stēdo pētere etiā quod noxie daren-  
indignari acriter nō subiectis hominibus: liberis, &  
ioribus, hisque à quibus genitus est, multique  
zereca prudentioribus, non ad nutum voluntatis ob-  
perantibus, feriendo nocere: niti quantū potest, quā  
obeditur imperiis, quib. perniciosē obediretur? Ita  
cillitas membrorum infantilium innocens est, non  
mus infantium. Vidi ego & expertus sum zelantē  
uulum: nondum loquebatur, & intuebatur pallidum  
maro aspectu collactaneum suum. Hæc ibi  
16. Et quamquam ita sit, vt belluino more  
mo subinde sæuiat: graue tamen & illud  
nus est, quod sæuiat rei noxiæ acquirē-  
causa, aut certe transeuntis ac temporalis boni  
in iis vero quæ ad beate viuendum cum in  
tum in futura vita pertinent, negligentissimū  
fit. Cum enim exploratū sit, huius vitæ beatitudi-  
dinem in virtute perfecta sitam esse, & firmam  
experiamur viam ad perfectam virtutem

difficilem : ratio postulat, vt magno studio, ani-  
 mique contentione, in hanc rem incumbamus:  
 Si namque, qui magnum studium adhibent,  
 non sine labore perueniunt: quid fiet de illis qui  
 nullum adhibent? Hic ira, feruore, hic conten-  
 tione ac robore opus esset: sed ad hæc homo  
 immobilis insensibilisque est. Accedit, quod,  
 cum animam esse immortalem naturaliter co-  
 gnoscamus, par esset, vt nihil sapius, nihil dili-  
 gentius, nihil maiori cum sollicitudine tractare-  
 mus, quam quid nobis sit euenturum post mor-  
 tem. At contra plerique hominum nihil minus  
 curant, quam de virtutibus acquirendis, vel bea-  
 titudine sempiterna: & quod magis est miran-  
 dum, ne in extrema quidem senectute, cum cer-  
 tum est mortem longe abesse non posse, studiũ  
 adhibere incipiunt ad procurandam salutem.  
 Tanta videlicet obliuio, tantus sopor, tanta, de-  
 mentia genus humanum vitio primæ præuari-  
 cationis oppressit.

Non ita se res habet in temporalibus lucris  
 captandis, velumque nouum merito vocauerim  
 immoderatam hanc sollicitudinem. Qui enim  
 in veris & summis bonis quærendis supra mo-  
 dum negligentes sunt, iidem in comparandis  
 falsis, inanibus, ac fugacibus attentissimi. Quam  
 calamitatem humani generis non solum noster  
 Ecclesiastes multis in locis deplorat, sed etiam  
 Ethnicus ille, qui Satyras suas ita inchoauit:

O curas hominum! quantum est in rebus inane!  
 Et quoniam (vt Augustinus ait) desidia, segnities,  
 pigritia, negligentia vitia sunt vtrique quibus labor fu-  
 gitur:

3.  
*Diligentia  
 in quaren-  
 dis tempo-  
 ralibus.*

*Persius Sat.  
 1.  
 Lib. 22. de  
 ciuit. c. 22.*



gitur: cum labor ipse, etiam cum est utilis, pœna  
ideo, siue labore desidiam viacimus, siue de  
dia laborem fugimus, semper miseri sumus.

*Appetitus  
concupisci-  
bilis vul-  
nus.* 17. Vltimum vulnus in appetitu concup  
bili reperitur, & vocatur concupiscentia: ex  
post amissam originalem iustitiam soluta, con  
tra spiritum pugnat assidue. Hinc nascitur in  
stinum illud bellum, quod vsque ad mortem  
niri non potest: ideo clamat Apostolus: *Infer*

*Rom. 7.*

*ego homo, qui me liberabit de corpore mortis hu*  
Quantum autem imperium hic affectus in  
tionem acceperit, & contra quam debiles  
vires rationis aduersus impetum huius in  
mitæ feræ, testatur vita plurimorum adolefce  
tum, qui tam immenso voluptatum turpissim  
rû incendio flagrant, vt pœne ad insaniam re  
digantur: testantur nouæ & inauditæ libidines  
adinuentiones, quib concupiscentia hominum  
longe superat cupiditates bestiarum: adeo  
Plutarchus, qui opusculum scripsit, *Quod bruti*  
*ratione vtantur*, merito aliud edidisset, quod  
monstraret homines in bestias transformari  
esse. Testantur ieiunia, vigiliæ, sacci, humili  
cationes, spinarum aculei, aliaque id genus  
quibus viri sancti tamquam armis cœlestibus  
vt hoc malum reprimerent, vt ebantur: testan  
tur denique horribiles tragœdiæ, quæ singulis  
ætatibus, & in omnibus mundi partibus, occu  
sione carnalis concupiscentiæ acciderunt. Ce  
te in Scripturis horrorem incutiunt, quæ de Sa  
lome, Salomone Dauid leguntur exempla: quo  
rum primus fortitudine, secundus sapientia  
omni-

omnibus anteibat: tertius ad fortitudinem sapientiam quoque, sanctitatem, & pietatem plane singularem adiunxerat. Hæc de vulneribus.

## CA P. XIX.

*Explicantur undecim animi morbi.*

DE morbis quoque animi aliquid dicendum est: quorum primum locum sibi facile vendicat inconstantia quædam, instabilitas, & mollities animi, qua fit ut non possit quisquam diu in rebus arduis constans perflere: iam vult, iam non vult; vna eademque voluntas perpetua pugna ac contentione discinditur. Res ceteræ, siue superiores, ut Angeli: siue inferiores, ut pecudes: semper idem volunt aut nolunt: persequuntur bonum, malum fugiunt: homines vero rem eandem modo volunt, modo nolunt: modo neque plane volunt, neque plane nolunt. Placet adulterium, dicit incontinens: sed nolo, quia lex prohibet. Neque solum pars inferior cum superiore, sed superior secum ipsa confligit. Vnde hoc monstrum, ait Augustinus, & quare istud? Luceat misericordia tua, & interrogem, si forte mihi respondere possint latebra peccatorum hominum, & tenebrosissima contritiones filiorum Adam, vnde hoc monstrum, & quare istud. Imperat animus corpori, & paretur statim: imperat animus sibi, & resistitur item: Ego cum deliberabam vna seruire Domino Deo meo, sicut dicitur

i.  
Inconstantia.

L. s. Confes. c. 9.

cap. 10.